



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 7. Conversio Philosophi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

§. VII.

Conversio Philosophi.

Sæculum IV.

A. C. 325.

Non nulli Gentiles Philosophi, Episco- *Ibid. c. 18.*
 porum cœtui se immiscentes, super *Ruf. I. c. 2.*
 Religione disputare avebant; aliqui, quæ- *Socr. I. c. 8.*
 nam hæc nostra esset Doctrina, curiose
 perquirebant, alii ineluctabilem colla-
 bentis Deorum cultus ruinam dolentes,
 Christianorum animos dissensionibus di-
 videre conabantur. Ajunt senem, quon-
 dam Confessorem, simplicem Laicum,
 & litterarum rudem, cum unius ex his
 superbis Philosophis fastum non ferret,
 eidem Christianæ Religionis veritatem
 persuadere omni annisu contendisse; ira-
 tissimi eorum, quibus nota erat viri i-
 gnorantia, loquentem ridebant, pruden-
 tiores rei eventum metuebant; tamen
 senis reverentia effecit, ut disputantem
 non turbarent; hæc autem fuere ejus
 verba: *In Nominе JЕsu Christi, audi* An. 325.
me, Philosophe! unus est Deus, Creator
cæli, & terræ, visibilium omnium, & in-
visibilium, qui omnia Verbi sui virtute
fecit, & Spiritus sui sanctitate confirma-
vit; Verbum hoc, quod Filium Dei ap-
pellamus, cum hominum, brutorum more
viventium, sorte miseraretur, ex mu-
liere nasci voluit, cum hominibus conver-
sari, & pro eis mori. Veniet secundo,
ut uniuscujusque vitam judicet. *Haec*

L 2

fine

Sæculum IV. sine vana curiositate credimus. Ne ig
A. C. 325. tur inveniendis contra fidem rationib
frustra cerebrum torqueas, aut, quomodo
bæc fieri potuerint, quæras, sed respon
mibi, an credas! Philosophus ille, atto
nitus, respondit: *Credo.* Et, gratia
S. Seni agens, quod suam contumaciam
fregisset, Christianum se professus est,
cæterisque suadebat, ut exemplum lo
querentur, se enim, quod jurejurando
affirmabat, occulta, sed divina vi com
pulsum, ut crederet.

§. VIII.

Libelli contra Episcopos.

A. 325. **L. 3. Cod.** **Theod. de**
divers. rescr. **v. Pagi. an.** **325. Ruff. I.** **c. 17.** **I. c. 17.** **Theod. I.**
c. II. **Cum Imperator** vigesima tertia Maji N
cæx esset, quidam Episcopi occasio
nem favere rati, ut privatis suis commodi
invigilarent, libellos contra Confratre
325. Ruff. I. suos ei tradiderunt; hos potissimum ei
c. 2. Sozom. Arianis fuisse crediderunt. Imperator
libellos acceptavit, simul omnes convo
lutos, & bene obsignatos in præfixam
se diem servari jubet; interim dissiden
tes componere laborabat, atque destina
ta die ubi libellorum volumen allatum
est, ad Episcopos, *Æquum non est*, inquit:
ut ab hominibus judicemini, cum vobis nos
ipsos omnes judicandi potestatem dederit
Deus; ergo causas vestras ipsi relinquere
judicandas, & unitis animis quæstiones fa
dei